

[N]ulla civitas de facultatibus propriis rebusque in se contentis adeo^{a)} locuplex esse potest, nisi magnam pennuriam breviter paciatur, si villarum circaiacentium subsidium non habebit. Hinc est, quod lacrimose vestre magnificencie querulose querulamur, quod marchio Misnensis¹⁾ et Lusincensis²⁾ fratres cum suis exercitibus nostram civitatem districtissime^{b)} vallaverunt ita, quod nullus ad vos^{c)} nobis de civitate exitus esse potest, quia quoscumque de nostris civibus rapiunt, rebus spoliant ipsosque non capiunt, sed truncatis^{d)} manibus et pedibus nobis^{e)} derelinquunt. Unde vestram clemenciam diligentissime exoramus, quatenus nos a predictorum dominorum obsessione breviter dignemini liberare, quod, si non feceritis, timemus, quod vestre civitatis incole^{f)} populares predictis dominis nobis invitis fidelitatem spondeant [et] se et civitatem subdent eorum dominio^{g)} et presidio^{g)}.

XXII (40, fol. 46r)

Die Gemahlin¹⁾ Adolfs von Nassau bittet diesen um Nachricht.

1298 Frühjahr (?).

Secularis honoris frequens affluencia, rerum temporalium habundancia, vestium et ornamentorum opulencia^{a)}, hec omnia mulierem^{b)} non^{c)} exaltant^{d)} sicut presencialis consolacio viri legitimi et dilecti. Hinc est, quod vestram presenciam personalem^{e)} tanto desiderio apeto et affecto, quod, si factorum dispositiones meis nutibus^{f)} subiacerent, vos libencius in Nazzove habuissem comitem simplicem et presentem, quam regem Romanorum et tocius seculi dominum et absentem. Tamen [propter] pacem, quam in terris ordinare vultis, ut tenemini et debetis, vos rogare^{g)} non audeo me vestra clemencia consolari. Suplico autem studiose, ut successum vestrum in terminis extraneis et statum vestre vite^{h)} prosperum michi per vestrasⁱ⁾ litteras rescribatis. XXIII

XXIII (41, fol. 46r)

König Adolf antwortet seiner Gemahlin: alle Fürsten hätten ihre Lehen von ihm empfangen, nur die Söhne des Landgrafen seien noch

XXI. a) folgt ita b) destructissime c) nos d) truncari e) non f) incolo g—g) so wohl statt de nostro presente Hs.

¹⁾ Friedrich der Freidige, Markgraf von Meißen. ²⁾ Dietrich, Markgraf der Lausitz.

XXII. a) epulentis b) mulierum c) nomini d) so vielleicht statt exlamant Hs. e) ptalem mit Kürzungsstrich f) militibus g) rogarem h) iure i) vras

¹⁾ Imagina, Tochter des Grafen Gerlach I. von Isenburg-Limburg.